







i. N° 609

þáttr af Karli vesæla í Magnusar sögu góða kap. 4–9.
Brandkrossaþáttr gefinn út í „Nordiske Oldskrifter."
þáttr af Leifi Össurarsyni, Færeyingasaga, kap. 49. sqq.
þáttr af Auðunni vestfirzka í Haraldar sögu harðráða, kap. 72–75
þáttr af Brandi hinum örfa í Haraldar sögu harðráða, kap. 96.
þáttr af Egli af Vandilskaga, hvergi annarsstaðar gefinn út svo eg viti.
þáttr af Oddi Ufeigssyni í Haraldarsögu harðráða, kap. 106–107.
þáttr af Blóð-Egli í Knytlinga sögu, kap. 33–40.
þáttr af Hákoni Hárekssyni í 11. bindi af Fornmanna sögum, bls. 422–439.

Kar).

Heri indeholdes de af Etatsraad B. Thorlacius i Anledning af det Kjöbenhavnske Universitets Höitideligheder Tid efter anden udgivne samtlige Smaafortællinger paa Islandsk og af ham oversatte paa Latin tilligemed en, for hver især, foranskikket Indledning. Disse Smaafortællinger (þættir) ere følgende:

1. þáttr af Karli Vesæla (Res gestae Caroli Vesol dicti.) /1815./
2. Brandkrossaþáttr (Historia de vitulo fulvam in fronte macul. hab.) /1816./
3. þáttr af Leifi Össurarsyni (Res gestae Leifi Össuridis s. Færöensis.) /1817./
4. þáttr af Auduni Vestfirdska (De Auduno Regem Svenonem invisente) /1818./
5. þáttr af Brandi hinum örva Vermundarsyni (De Brando Liberali.) /1819./
6. þáttr af Eigli af Vandilsvaga. (De Egillo sub Canuto M. profecto.) /1820./
7. þáttr af Oddi Ófeigssyni. (Narratio de Oddo Ofegi filio.) . /1821/
8. þáttr af Öldeigli (De Erico de hausto sangv. munc. sub Can. St.) /1822./
9. þáttr af Hákoni Hárekssyni (De Hakone Vicensi sub nomine Estridae) /1823./

Desuden:

Specimen de Erico Rufo Grönlandiae inventore. /1811./



SOLENNIA ACADEMICA

AD

CELEBRANDUM

DIEM XXVIII JANUARII A. MDCCCXX

REGI NOSTRO AUGUSTISSIMO

FREDERICO SEXTO

NATALEM

HABENDA INDICIT

UNIVERSITATIS REGIAE HAUNIENSIS

RECTOR

JOHANNES DANIEL HERHOLDT

MEDICINÆ DOCTOR & PROFESSOR PUBL. ORD. ATQUE ORDINIS DANEBR. EQUES

CUM


SENATU ACADEMICO.

PUBLICATUR PROLUSIONIS LOCO ANECDOTON ISLANDICUM
DE EGILLO VENDILSKAGENSI, JUTIÆ SEPTENTRIONALI, SUB REGE CANUTO MAGNO
ET PROXIMIS IPSI SUCCESSORIBUS, PRÆFECTO.

EDIDIT ET LATINE VERTIT, ADDITA PRÆFATIUNCULA, D. BIRGERUS THORLACIUS,
PROF. EL. LAT. REGI A CONS. STATVS, ET ORD. DANEBR. EQUES.

TYPIS SCHULTZIANIS.

L. B. S.



olennia indicturi, quibus Regis Auguſtisſimi natales in Univerſitate Havnienſi celebrentur, conſvevimus Anecdoton aliquod, cum hiſtoria patriæ cohærens, et ex collectionibus ſive publicis ſive privatis deſumtum, in lucem edere, perſvaſum habentes, benevolos Lectores haud improbaturos, quod tam feſtam occaſionem arripiamus, ad monumenta, quæ annales domeſticos tangant, oblivioni eripienda. Iſtum morem etiam hoc anno ſequentes, in animum induximus anecdoton Islandicum publicare, quod hiſtoriæ Danicæ ſeculo XI^mo haud parum lucis affundit.

Inſcribitur illud *Þáttr af Eigli af Vandilsſkaga* ſ. Relatio de Egillo Vendilſkagenſi. Vendilsſkaga eſt pars Jutiæ borealis, vulgo Vendſysſel dicta. Hicce libellus Torfæo, Suhmio et Schönningio ignotus fuit, nec, quantum quidem ſcimus, inter codices MStos, ſive bibliothecæ magnæ Regiæ, ſive collectionis Magnæanæ in Univerſitate noſtra reperitur. Accepimus opuſculum ab Islandia transmisſum *). Nec obeſt, quod Arnæ Magnæo non cognitum fuit; id enim uti in aliis quamvis non multis accidit, ita in libello tam parvæ molis fieri facile potuit. Cognominatus Egillus fuit *illgiarni* ſ. maleficus, potisſimum ob atrocitatem, quam in clericos Rupertum & Adalbertum ſibi permiſerat; ſed cum ejusmodi facinora heroum iſtius temporis ingenium ferret, maluimus, hiſtoria ſuffragante, illum ex loco, cui ſub Canuto Magno et Hardacnuto cum ſtrenuitatis laude præerat, Vendelienſem (Vendelboeren), appellare.

Sunt in ipſo opuſculo multa, quæ illi et pretium et fidem concilient. Deſcriptio conditionis clericorum talis omnino eſt, qualem temporibus Canuti Magni et deinceps eam fuisſe jure credimus. Vendelienſes ſic ſiſtuntur, uti Knytlinga-Saga eos depingit. Quæ de equo Háſeti ɔ: pedes alte tollente narrantur, ſuperſtitioni borealium prorſus ſunt conſentanea, atque, quamvis alibi non leguntur, et probabilia per ſe debent cenſeri, vulgi quippe opinionibus egregie convenientia, et memorabilia, cum borealium mores et ingenium illuſtrent. De Egillo ipſo Suhmius in ſuis fontibus nil videtur reperisſe; ſed quæ de Veſillo, Egilli patre, et Asbiörno ejusdem fratre **) refert, cum iis, quæ in hocce libello traduntur, bene conſpirant. Ulfium Svenonis (Aſtrithidæ) patrem Egilli conſilio ſublatum fuisſe, neſcio num alii memorent; ipſa res vix improbabilis reperietur. Quæ vero de pugna Hlerſkogenſi afferuntur, memoriam omnem ſibi conſentientem habent.

Longus præcipue noſter eſt in morte Magni Boni, et actione, qua Rex moribundus Svenoni Aſtrithidæ regnum Daniæ ſolenniter tradebat, explicanda, illamque aliquantum aliter, quam plerique alii auctores, repræſentat. Snorro in Heimskringla (Hiſt. Haraldi Duri c. XXVIII. ed. Havn. T. III. p. 85) eum in oppido Jutico Sudathorp, quod putant esſe Sudrup ſ. Södrup in præfectura Viburgenſi, in morbum incidisſe refert, ſed de cauſa tacet, quæ morbum provocaverit. Codex Flateyenſis, in recenſione Hiſtoriæ Magni Boni inedita, quæ Snorronianâ longior eſt, licet in plerisque cum ea congruat, diſerte tradit, Regem in Jutia diem ſupremum obiisſe (columna 790, et exſcripti Suhmiani in Bibl. magna Regia p. 2756); verum nec ille ali-

quid

*) Nobiscum illud communicavit Wium, ludimagiſter Havnienſis, rerum Islandicarum peritisſimus.

**) Suhms Hiſtorie af Danmark. Vol. III. p. 291-94.

quid habet de morbi origine. Tertia quædam ejusdem Hiſtoriæ recenſio MSta, ab utraque hic et illic disſentiens, quæ in exemplari collectionis dictæ Hryggiarſtyckir, quod Raſkius noſter in ſuo per Islandiam itinere accepit mecumque communicavit, Jutiam quoque, ceu locum Regi fatalem, nominat. Juxta hæc omnia crederes Islandicos fontes in ſupremis Magni Boni fatis conſentire, quod videlicet Rex in Jutia ſit mortuus; notandum tamen, videri Snorronem memoriæ lapſu Sudathorp nominasſe, in illo enim oppidulo Svenonem Aſtrithidam e vita excesſisſe certum eſt, ideoque vix credendum, Regem etiam Magnum ibi fatis functum fuisſe. Quando ſcriptores Anglici referunt, Magnum, cum moliretur Angliam clasſe ſua aggredi, in freto Öreſundico de ſua navi in undas delapſum interiisſe, haud ſine partium ſtudio id faciunt, rati quippe, numen ambitioſa ejus conſilia ita in nihilum redegisſe. Tertiam relationem continent hæcce Saxonis Grammatici verba (Hiſt. Dan. L. X. in fine): "*Sueno* deſperatis jam rebus in Scaniam profectus, Sueciam reviſere proponebat. Quem *Magnus concitato animi impetu ſubſecutus, cum oppidum Alexthathiam* (ↄ: *Alſted* in Sialandia) *præteriret, deturbato per occurſum leporis equo, trunco, cujus præacuti forte ſtipites eminebant, adactus extingvitur:* corpus ejus Norvagiam relatum Thrandemi in regiorum monumentorum area ſepulturam posſedit. Ita Suenoni anguſtisſimis fortunæ caſibus implicato, omnique mortalium ope defecto, præſidium ſupernæ pietatis affulſit, regnumque, quo illum fortunæ iniquitas ſpoliavit, ejusdem beneficium reddidit." Islandicum, quod nunc edimus, Anecdoton, commentarium et quidem luculentisſimum dedisſe videri poteſt in iſtum Saxonis locum; unde concludimus, ex bono fonte, eodem forte, unde Saxo ſua ſumſit, auctorem hauſisſe. Nec deſunt in aliis auctoribus indicia, quod divulgata jam olim fuerit de tali Regis Magni obitu relatio; nam teſte Suhmio, inedita Hiſtoria Norvegica, anno 1170 confecta, Regem in Sialandia defunctum ſcribit, et Cornelius Hamsfôrt in Serie Regum Daniæ a Dano ad Frideric. II. (Langebek Scriptor. Rer. Danic. T. I. p. 18) ſimile Regis infortunium memorat, quamvis alium huic eventui locum asſignans. "*Moritur*, ait, Magnus Bonus anno 1046 ad Halmſtadum, (forte pro *Alſted* errore poſitum) *equo excusſus fracto thorace.*"

Opuſculi hujus auctorem Sagas antiquiores conſuluisſe, docet diſerte Cap. III. ubi de controverſiis Magnum, Haraldum et Suenonem intercedentibus mentionem faciens, lectorem ad longiores de illis hiſtorias ablegat. Credibile eſt, eum vel Snorronis Heimskringlam, vel Sagas, quæ hujus fontes conſtituunt, verbis ſuis innuisſe. In altero loco cap. V. occurrente, ubi duo Clerici Rupertus et Adalbertus dicuntur a terris meridionalibus ad Suenonem Aſtrithidam venientes, hunc ab Egillo abalienasſe, incertus esſe poteris, utrum auctor ſcriptam quandam hiſtoriam, de duumviris iſtis agentem, an traditiones modo ore circumlatas, cogitaverit. Res ipſa nil habet a fide alienum; nam non novum tunc erat, clericos nuper ad terram delatos rebus cum regionis gubernatione cohærentibus mox ſe immiscuisſe; ſed atrocitas, qua noſter calumnias ulciſcebatur, quibus illi ipſum apud Suenonem læſerant, bonisque ſuis exui fecerant, Egillo nomen malefici deinceps contraxit.

De tempore, quo conſcriptus ſit libellus, in tanta ejus brevitate vix operæ pretium erit longe disſerere. Cum ſtilus univerſe antiquum ſapiat, et prorſus ei ſimilis ſit, quem Sagæ antiquiores ſervant, jure poterit ad ſeculum XIV referri. Sunt paucisſima loca, in quibus recens quid in dictione videre nobis videmur, uti in ſententiis hic illic parenthetice appoſitis, in expresſione initio Cap. VII. "ad .... undan-teknum" &c. Verum illa malumus peritioribus judicanda relinquere, imprimis, cum non certo ſciatur, quid ex iſtis-librariis ſerioribus ſit tribuendum. Quæ Cap. I^mo^ leguntur, vix ab ullo auctore, ſec. XIV antiquiore, exſpectari posſunt. Teſtantur certe ſcriptorem, qui de eventuum vi et nexu, præcipue de ratione, qua imperioſitas eccleſiaſticorum æſtimanda esſet, libere judicare asſvevisſet; uti omnis libelli tenor priscam ſinceritatem, ſimplicitatem, verique ſtudium loquitur.

Annorum ſeries, quos hæc hiſtoriola complectitur, conſtitui poteſt ab a. 996 ad 1047; illo enim Asbiörnus Urbanus (hiin Prude) ſub Suenone Furcibarba mortuus eſt, eique Egillus frater in Vendeliæ præfectura ſuccesſisſe videtur; anno vero 1047 Magnus Bonus fato functus ab Hiſtoricis ſumitur, Regisque mortem Egilli per Asmundum Grankelidem trucidatio in ſylva Sorana mox ſecuta eſt.

Cum in exemplari noſtro nulla Capita appoſita esſent, ipſi Lectorum gratia Hiſtoriolam ſic diſtribuimus, uti argumentum poſcere videbatur.

Hæc præfaminis loco obſervasſe ſufficiat; nunc textum Islandicum cum verſione Latina dabimus.

Þáttr

Þáttr af Eigli af Vandilsſkaga.

Cap. I.

Egill hét madr bródir Ásbiarnar hins prúda er bió á Vandilsſkaga á Jótlandi, hann var garpr mikill, en medallagi gódgiarn. Knútr konúngr hinn ríki ſetti þenna mann til landvarnar í þeim luta Jótlands er visſi til nordurs, ok menn áttu meſt at ſæta áhlaupum Nordmanna. Konúngarnir varo óſamþyckir, en fiöldi ríkra manna ſynir láu á ſumrum í víkíngu, ſva vídaſt hvar var herſkátt med ſiáfarſtröndum. Kriſtni var enn úng ok óſtyrk vídarſt hvar á nordurlöndum, ok meſtr þorri alþýdu enn þá ſva at kalla hálf heidinn, hörg ok hof laú brotin, þó blótudu margir hinir eldri menn god ſín á laun. Klerkar varo hardla óvinſælir ok févana, því fleſtum þóktu ſkriptir þeirra ok álögur heldr þúngbærar at bera, ok taka ecki gott í móti, því fyrirheit um farſælu annars heims þóktu mörgum efanlig, Sökum þesſara ok annara óhæginda vard kénnilídnum íllt til fiár, en fiölſkylda konúnganna giördi þeim erfidt at vidhialpa kénnimönnum ok uppihalda kyrkium, urdu preſtlíngar fyri miklu gabbi ok mótþróa af landsmönnum er visſu fátækt þeirra ok volædi í ókunnu landi.

Relatio de Egillo Vendilſkagenſi.

Cap. I.

In Vendilſkaga, Jutiæ provincia, habitabat vir nomine Egillus, Asbiörni Urbani frater. Erat is heroici quidem, ſed non probi, ingenii. Illum Canutus Rex, quem Opulentum vocabant, parti Jutiæ ſeptentrionali propugnatorem præfecerat, ubi incolæ Norvegorum aggresſionibus maxime erant expoſiti. Intercedebat reges mutua ſimultas, et multi divitum filii piraticam exercebant, adeo ut ubique maris litora hoſtilibus invaſionibus infeſtarentur. In plerisque regionum borealium locis religio chriſtiana recens inducta necdum ſatis firmata erat; maximam vulgi partem ſemipaganam diceres; dejecta quidem erant idola et eorum templa, ſed multi tamen ſeniores divis ſuis clanculum ſacrificabant. Erant clerici uti vulgo parum gratioſi, ita pauperes; nam eorum confesſiones atque contributiones haud ferendæ plerisque videbantur, præcipue nullis bonis terrenis compenſatæ; promisſa enim de beatitudine alterius vitæ multis dubiæ fidei esſe videbantur. Ob hæc et alia incommoda valde difficile erat clericis opes colligere, et ob magna regum expenſa arduum his erat clericos adjuvare ædesque ſacras ſuſtentare. Quare ſacerdotes multa dicteria multumque repugnantiæ experti ſunt a vulgo, quippe cui eorum in terra peregrina egeſtas atque paupertas ſatis notæ esſent.

Cap. II.

A Vandilsſkaga í Jótlandi búa menn íller ok ótrúir, ok ad öllu verri ödrum mönnum í því landi. Egill var formadr þeirra um lánga tíma.

Þegar Magnús hinn gódi Norvegs konúngr brauzt til ríkis í Danmörku, voru Jótar þeir ſem fyrſt játudu hanum hlydni ok holluſtu. Egill af Vandilsſkaga baudſt at fylgia Magnúſi konúngi til Noregs, ok giöraſt hans madr. Konúngr visſi öll deili á Egli, at hann var ſtórættadr ok mikill madr fyrir ſér, var þat audſókt af konúngs hendi, féck hann Egli þriú ſkip at ráda fyrir. Sveinn ſonr Ulfs jarls, ſem Knútr konúngr hinn ríki lét drepa, var þá í hird Magnúſar konúngs ok hanum miök áſtfölginn. Magnús konúngr gaf honum jarlsnafn, ok ſkipadi hanum endilánga Danmörk til forráda. Egill var eptir med Magnúſi konúngi í miklum kiærleikum. Litlu ſídar kom ſá kvittr upp at Sveinn Ulfsſon hefdi látid géfa ſér konúngs nafn, ok lægi fyri Jótlands ſídu med ſkipaher, at frábægia Nordmönnum, ef þángat vildu ſækia.

Cap. II.

Vendilſkagam, Jutiæ provinciam, incolebant tum homines, maligni, perfidi, atque per omnia aliis viris deteriores; his Egillus longo temporis ſpatio præfectus erat.

Ubi Magnus cognomine Bonus in ſolium Daniæ evectus fuit, Juti primi erant, qui obſequium illi fidemque addicebant. Egillus Magno ſeſe comitem in Norvegiam redeunti obtulit, ejusque ſatellitio ſe addixit. Rex illum perbene novit, quod ſcilicet et nobili gente oriundus, et ipſe vir ſtrenuus esſet; quare oblatam ejus operam lubenter accepit, eumque tribus navibus bellicis præesſe jusſit. Sveno filius Comitis Ulfii, (quem Rex Canutus Opulentus trucidandum curaverat) in aula Regis Magni tum morabatur, maximaque ab eo benevolentia colebatur. Magnus ei nomen Comitis concesſit, totamque Daniam regendam tradidit. Egillus apud Magnum remanſit, benigne admodum ab eo habitus. Paulo poſtea rumore innotuit, quod Sueno Ulfides Regium nomen ſumſisſet, quodque Jutiæ littoribus clasſem ſuam prætenderet, ad arcendos Norvegos, ſi terram inde aggredi vellent.

Cap. III.

Um ſkipti þeirra konúnganna Magnúſar Sveins ok Haralds má leſa vída í ſögum, ok er oflángt hér um at rita, kémr ei heldr vid þetta efni. Sá vard endir á vidſkiptum þeirra konúnganna Magnúſar ok Sveins, at Magnús hafdi nockrum ſinnum ſigur, en Sveinn konúngr ſtöck úr landi. Magnús konúngr ſkipadi þá hérödin ſínum mönnum, en ſetti valdsmenn yfir ſyſlur. Haraldr konúngr bródir Ólafs helga ſammæddr geymdi ſkipaher Nordmanna, en Magnús konúngr lá þá á landi upp vid meginn luta herſins vid Sóra á Siálandi. Med Magnúſi konúngi varo í þann tíma þesſir ſveitarhöfdíngar: Einar Þam-

Cap. III.

De controverſiis Regum Magni, Svenonis et Haraldi Sagas conſulere Lector poterit; eas hic deſcribere uti longum, ita a re noſtra alienum foret. Inter Magnum quidem et Suenonem res ita geſtæ ſunt, ut Magnus a quibusdam præliis victor diſcederet, utque Sveno terram linqueret. Tum Magnus viros ſuos præfecturis atque toparchiis præpoſuit. Clasſem Norvegorum ducebat Rex Haraldus frater Olai Sancti uterinus; ſed Magnus totum exercitum terreſtrem ad Soram in Sialandia dispoſitum habebat. Magnum tunc ſequebantur hi agminum duces: Einarus Thambarſkelvir, Regis educator et conſiliarius, Einarus Nume-

þambarſkélfir fóſturfadir konúngs ok rádgiafi, Einar Naumdæla herſir, Ormur jarl, Hákon Ivarsſon, Sveinn úr Lyrgiu ok Sighvatr ſkáld. Med Haraldi konúngi varo á ſkipum nidri: Finnr Árnaſon, er verit hafdi med Ólafi konúngi helga á Stikluſtödum, Sveinn ok Einar Fluga ſynir Háreks úr Þióttu, Haldór Snorraſon af Islandi, Ulfr ſtallari ok Egill af Vandilsſkaga.

medalenſium ſatrapa, Ormus Comes, Hacon Ivarides, Sveno de Lyrgis et Sighvatus poëta. Cum Haraldo in clasſe erant ſequentes: Finnus Arnides, qui eum Rege Olao Sancto in Stiklaſtadis fuerat, Sveno et Einarus Fluga, filii Hareki de Thiotteja, Haldorus Snorronides ex Islandia, Ulfus aulæ magiſter, et Egillus de Vendilſkaga.

Cap. IV.

Þegar menn láu nú ferdbúnir, ſendi kóngr hirdmann ſinn Asmund Grankélsſon á fund Haralds konúngs, ok baud hanum med öllum ſveitarhöfdíngum til vegligrar veitzlu á land upp. var þat ætlan manna, at Magnús konúngr mundi vilia ſvipta Harald konúng frænda ſinn ríki því, er hann hafdi fengit hanum í Noregi, en géfa hanum Danmörk til forráda, med því ſkilordi at hann ſkyldi hans undirkonúngr vera, ok hanom ſkatta gialda. Ásmundr Grankélsſon bar ſkörugliga fram fyrir Haraldi konúngi ordſendíng Magnúſar konúngs. Haraldr konúngr tók þvi ſeint, kvad ſkipaſtólinn foryſtulauſan ef hann ok flocksforíngiar væri fiærri, medan herhlaup meſta væri um allar eyar ok annes, en Sveinn konúngs efnit hinumegin ſunds vid mikinn abla lids ok beſtu menn af Danmörku í traûſti Sviá konúngs þegar búinn til áhlaups ef færi géfſt, en vér med öllu uppnæmir í ókunnu landia ſkipalauſir ok ei allir ſamþyckir ſem vera bæri. Einar Fluga mælti: þetta er dagſanna, mun hér búa ſlátt undir, því Magnús konúngr er prettóttr, en bodberinn íllr ok lyginn; manſtu lítt konúngr at Ásmundr vó Hárek úr Þióttu födur minn ok frænda þinn í trygdum, mun ýdur herra ætlat ſama hlutſkipti eda ſvo þraungvat koſti ydrum at þér munut þesſ aldri bætr bída. Finnr Árnaſon mælti: aldri mun Magnús konúngr ſvíkia frænda ſinn, er Ásmundi margt gott géfit, ok þat hvartki fals né lygd er hann fer med,

Cap. IV.

Exercitu ſic inſtructo Rex magnus ſatellitem ſuum Asmundum Grankelidem ad Regem Haraldum mittit, eumque cum omnibus ſui agminis ducibus invitat ad magnificum in terra convivium. Invaluerat opinio: velle Regem Magnum Haraldo Regi ſuo cognato regnum adimere Norvegiæ, quod ipſi tradiderat, Daniamque ipſi regendam tradere, ea lege, ut ipſius Regulus foret tributumque ipſi ſolveret. Asmundus Grankelides Regis Magni mandata coram Haraldo liberrime expoſuit. Haraldus ea frigidius accepit, monuitque: clasſem cuſtode deſtitutam fore, ſi ipſe agminisque duces diſcederent, et quidem tempore, quo ex omnibus inſulis terræque ſingulis milites cogerentur, et quo Sveno regni affectator ab altera freti parte lectisſimum ex robore Daniæ exercitum, Rege Sueciæ ſuffulciente, haberet, ubi occaſio ſe offerret, ipſos invadere paratum; clasſe vero privati, inquit, in terra peregrina peribimus, præcipue cum non optime, ut fas erat, inter nos conveniat. Tum Einarus Fluga, apertum eſt, ait, fraudem hic ſubesſe, nam Rex Magnus valde fallax, nuncius vero ejus malignus et mendax eſt; nonne meminiſti Asmundum, in ſumma pacis ſecuritate Harekum patrem meum tuumque cognatum trucidasſe? Tibi forte, domine, eadem ſors deſtinata eſt, aut ſaltem tam asperæ conditiones, ut iis nunquam mederi posſis. Subjecit Finnus Arnæ filius: nunquam Rex Magnus ſuum cogna-

med, hafdi Hárekr nógar ſakir til þesſ þótt Ásmundr dræpi hann, var hann eigi heldr kominn í ſátt vid Magnús konúng; er þat mitt rád at þú þiggir bod frænda þíns, ok vægir til vid þann ſem valdit hefir meira, mun þá frændſemi yckar æ verda betri ok betri, en at Magnúſi konúngi lidnum muntu þiódkonúngr verda bædi hér ok í Noregi, mun Sveinn jarl ei ſvo brádfengr til áhlaups vid osſ þótt dægrum ſkipti. Egill af Vandilsſkaga mælti: ord þin Finnr eru vel mælt, en med lítilli vizku hefir þú talat um hríd, væri rád ſníallara at ſynia bodsins um ſinn, ok ſiá til hvers draga vill. Þá mælti Haraldr konúngr med þúngum áhyggio-ſvip: nú hef ek nockra ſtund hlýdt á tal ydar ok er med tvennu móti. Einar ætlar at Magnús konúngr géri engan mun ockar födur þíns, fer þat fiærri at ek trúi Magnús konúngr muni vinna nídíngsverk á mer. Finnr Árnaſon ſýnir gódvilia ſinn í þesſu ſem ödru, at hann vill koma ſama á med oſs frændum, ok afſtýra vandrædum, en eitt er at trúa öllum gott, ok þat annat, at vandratat er medalhóſit, veit ek hvadan alda þesſi rennr undir, en þat er Einar Þambarſkélfir fóſtri Magnúſar konúngs, því hann vill ædſtr madr vera í Noregi, ok mér meiri. En þar þú Egill ſyſir mik at etia kappi vid Magnús konúng er hit meſta órád, ſva lengi ek hefi ei meiri abla ok ſtyrk en þridiúng lands, ſem eru Upplönd ok Vikin ſudr, legg mér annat betra rád ſva ek megi halda virdíngu minni óſkértri fyrir Magnúſi konúngi, en lægia metnad Þambarſkélfirs án þesſ vér ſéum til neyddir at beriaſt víd oſurebli lids. Egill þagdi lánga ſtund, lokſins hóf hann rædu ſína ſvo látandi.

natum circumveniet; floret multis laudibus Asmundus, nec fraudem ille aut mendacium præ ſe fert, ſed erat in Hareko aliquid juſtæ culpæ, cur Asmundus eum occideret, nec ille cum Rege Magno in gratiam redierat. Svadeo ergo, ut invitationem cognati tui ſequens potentiori cedas; tum veſtra amicitia indies firmior evadet; tum poſt Magni obitum, et hic et in Norvegia monarcha eris; nec tam cito copias contrahere valet Comes Sveno, ut nycthemeri ſpatio nos aggredi posſit. Egillus de Vendilſkaga hunc in modum locutus eſt: bene quidem compoſita fuit tua, Finne, oratio; verum tamen parum prudenter hactenus locutus es; ſollertius conſilium erit invitationem detrectare, donec, quo res ducant, viderimus. Tunc Rex Haraldus non ſine animi ſollicitudine, in hæc verba fatus eſt: Auſcultavi aliquamdiu veſtræ orationi, quæ in duplicem ſententiæ diverſitatem abit: cenſet Einarus Regem Magnum nullo discrimine me patremque ſuum habiturum: verum multum abeſt, ut credam Regem Magnum ſcelus in me patraturum. Finnus Arnæ filius in his ut in aliis ſuam exhibet benevolentiam, quod nos cognatos conciliare velit, et disſidia avertere; verum aliud eſt omnibus bene credere, aliud cavere ne a via media diſcedas. Scio quidem, unde hæc irruat unda, nimirum ab Einaro Thambarſkelvero Magni educatore et conſiliario, qui me ſuperior omniumque ſupremus esſe cupit. Quod vero Egille me incitas ad certamen cum Rege Magno ineundum, malum adfers conſilium, quamdiu non plus virium aut roboris habeo, quam tertiam regionis partem, videlicet Uplandiam et Vikiam auſtralem; ſuppedita mihi melius conſilium, ut dignitatem meam a Rege Magno illæſam ſervare queam, utque Thambarſkelveri ſuperbiam compeſcam, nec tamen coactus ſim cum copiarum vi meâ majori certare. Poſt longum ſilentium Egillus hujusmodi orationem habuit.

Cap. V.

Vífill hét fadir minn ok var jarl á Jótlandi veſtr um daga þeirra fedganna Haralds Gormsſonar ok Sveins Saum-Æſuſonar. Asbiorn aukneſndr hinn prúdi er hné fyri Brúſa jötni, ok ek, varu ſynir hans. Fadir minn andadiſt ofarla á dögum Knúts konúngs hins ríka, tok ek þá vid födurleifd minni ok umrádum þeſs hérads. Ek var med Knúti konúngi í öllum herferdum, ok ſva med Hörda-Knúti ſyni hans, var ek því konúngum kiær, ok þádi ſtorár veizlur af þeim, ſat ek þá lánga tíma at ſtórbúum mínum á Jótlandi. Sveinn ſonr Ulfs jarls Þorgilsſonar hóſſt til ríkis í Danmörku, honum var ílla til mín, því ek hafdi laungum ſagt Knúti konúngi hinum ríka, at hann ſkyldi ſiá vid ofſtæki Ulfs jarls födur hans, ok þat dró hann loks til dauda. Eptir þat höfdu rád mín ílla bitid Svein. at rádum mínum var hann burtflæmdr frá hírd Knúts konúngs, giördiſt Sveinn upp frá því mikill ſióvíkíngr, ok hafdi fridland á Svíþiódu. Sva kom at Magnús ſonr Olafs hins helga brautſt til ríkis í Danmörku, fyllti Sveinn Ulfsſon þá flock hans, ok giördiſt hanum handgeinginn; ſídan tók hann allt Danaveldi í lén af konúngi ſínum, ok þádi jarlsnafn. Orruſtan vid Vindur á Hlerſkógsheidi er öllum ydur kunnig. Þar fylgdi Sveinn jarl med Eydönum merkium Magnúſar konúngs, en ek ok Þorkéll Geyſir ſonr Þorkels jarls hins háfa varum flocksföríngiar Jóta. Sveinn jarl ok menn hans hlífdu ſér-um daginn, en Nordmenn ok Jótar börduſt med mikilli mannhættu. Þar féllu á einum degi fimtán þúſund heidinna manna, en vér ſöknudum alls tólf hundruda. Þó voru fleſtir menn úr lidi Magnúſar konúngs ſem eptir lifdu ſárir ok módir, en ſökum þeſs at þá hauſtadi, lypti Magnús konúngr heimferd ſinni af Danmörku. Sveinn jarl var eptir at giæta ríkis. Þókti mér þá ei ſetu efni at búa undir vængiaſkióli hans, ok verda fyrir íllum búſyſium. Af

Cap. V.

Vifel dicebatur pater meus, qui Jutiæ occidentali cum Comitis dignitate præerat tempore Haraldi Gormidæ et Svenonis ex Saumæsa nati. Asbiörnus cognomine Urbanus, quem Bruſius gigas occidebat, atque ego, eramus ejus filii. Cum pater meus primis annis regni Canuti Opulenti moriebatur, ego cum patrimonio meo ſimul hujus præfecturæ moderamen accepi, Canutum in omnibus ejus expeditionibus comitatus, pariterque ejus filium Hardacnutum. Utrique Regi carus, ampla ab iis feuda accepi, atque in magnis meis prædiis Juticis diu ſedem habui. Sveno filius Comitis Ulfi Thorgilso nati regnum in Daniæ occupaverat; illi ego exoſus eram, quia Regem Canutum Opulentum diu monueram, ut a violentia Comitis Ulfi ipſius patris ſibi caveret; id quod illi mortem denique importavit. Poſtea mea conſilia ipſi Svenoni nocuerunt. Me ſvadente a ſatellitio Canuti Regis excluſus, dein in piratica exercenda totus erat, atque in Suecia ſemper tutamen reperiebat. Cum fors ferret, ut Magnus Olai Sancti filius Rex Daniæ evaderet, Sveno Ulfides ei ſe adjunxit, ejusque ſatellitem ſe profesſus eſt. Deinceps totam Daniam feudi lege a Rege obtinuit, Comitisque nomine honoratus eſt. Pugna cum Vendis, in tesquis Hlerſkogenſibus conſerta veſtrum nemini ignota eſt. Ibi Sveno cum Daniæ inſulanis vexilla Regis Magni ſequebatur; ego autem et Thorkillus Geyſir (præceps), filius Comitis Thorkilli, cui Háfi ɔ: Elevati cognomen, Jutorum duces eramus, Sveno Comes cum ſuis viris, iſto die ſibi parcebat, ſed Norvegi atque Juti fortisſime certabant. Ibi uno die cadebant quindecim ethnicorum millia, nos vero MCC omnino viros deſiderabamus, et ex agmine Magni Regis qui ſupererant, plerique fesſi erant atque vulnerati. Hac de cauſa Magnus, auctumno vergente ex Dania agmen ſuum domum re-

Af þeim orſökum fylgdi ek Magnúſi konúngi til Noregs. Skömmu ſídar vard uppvíſt um tiltektir Sveins, ok at Sveinn hefdi giört bú mín upptæk fyrir fornan fiandſkap. Fylgdi ek þá enn at nyo Magnúſi konúngi ſudr til Danmerkr. Var ek nockra hríd oddviti þeirra manna er fylgt höfdu Magnúſi konúngi af Jótlandi. Brædur tveir bádir klerkar eru nefndir til ſögunnar, hét annar Rúpertus, en hinn Adalbrekt, hann var hirdbiſkup Sveins. Þeir varu komnir af ſudurlöndum híngat í Danaveldi, ok höfdu miök ſpillt mínu málefni vid Svein, ok heldr enn ecki nídt mig í ördum. Á þeim tók ek hús, lét þá ſídan leida út, ok heingia á gálga, brendi kyrkiuna upp ad köldum kolum, ok rænti fé öllu. Þat þótti Magnúſi konúngi býsn ok fádæmi mikil, en ek þóttiſt hafa geingit at mínu, mat ek minnr reidi konúngs en ſóma minn. Sídan var ecki margt med ockur, ok er mér leidduſt fáleikar konúngs, beiddiſt ek lends manns réttar í Noregi, medan ek mátti ecki ſitia ættleifd mína í nádum fyri ofríki Sveins. Konúngr hét gódu um fyrſt, en þar kom at hann kvad Dani eigi vera ættborna til ſtiórnarſtands í Noregi, ſagdiſt hafa ofmikit vald feingit mér í hendr til nidurdreps kriſtninnar. Þetta þótti mér ílla mælt, ok ecki at makligleikum. ſneriſt ek ſídan í lid med þér konúngr, ok ertu mér velſinnr, muntu ſiálfr bezt ſiá meiga hvert hollara er ſvo kollut heilög trúa edr hreyſti ok hugprýdi.

Cap.

reduxit, relicto Suenone Comite ad regnum gubernandum. Tum mihi non conducibile videbatur ſub ejus tutela habitare, et rei familiaris vexationi me exponere; idcirco Magnum ad Norvegiam redeuntem ſum ſecutus. Brevi poſt manifeſta fuere ambitioſa Svenonis conſilia, comperique, Svenonem veteris inimicitiæ memorem prædia mea despoliasſe. Ideo novæ Magni ad Daniam expeditioni ſocium me adjunxi, Jutorumque, qui Magnum ad Norvegiam fuerant ſecuti, aliquo tempore ducem me præbui. Nominantur in hac relatione duo fratres, uterque clerici, Rupertus atque Adalbertus, hic quidem epiſcopus Suenonis aulicus, qui ex meridionalibus regionibus in Daniam venerant. Illi Suenonis in me odium exaſperaverant, nec minus verbis me calumniati fuerant; quare eorum domum aggresſus, ipſos educi et in patibulo ſuspendi, ædem ſacram exuri atque in frigidos carbones converti, omniaque eorum bona ſpoliari jusſi. Id facinus Rex Magnus immane et exempli neſcium cenſebat; ego vero mihi videbar non niſi mea bona vindicasſe, Regisque iram minoris faciebam, quam meum honorem. Deinceps non optime inter nos convenit; cumque frigide ab eo haberi me pigeret, feuda in Norvegia mihi concedi poſcebam, dum propter Suenonis violentiam bonis meis quiete frui non licebat. Initio Rex hæc poſtulata benigne excipere videbatur; sed poſtea aperte præ ſe ferebat, Danos ipſa nativitate excluſos esſe a regimine in Norvegia adcipiendo. Addebat, nimium poteſtatis ſe mihi concesſisſe ad fidem chriſtianam opprimendam. Hoc mihi ut inepte, ita non ex meis meritis dictum videbatur; quare deinceps ad tua, Rex, caſtra transeundum censui; te recte animatum arbitror; tuque ipſe optime judicabis: utrum ſit melius, ſancta quæ dicitur fides, an ſtrenuitas genoroſitasque animi.

Cap.

Cap. VI.

Haraldr konúngr gégndi máli hans ok mælti: Helzt til ertu lángordr um æfisögu þína, muntu vera hit mesta afarmenni, ok vel líkar mér til þín, en annars þarf nú en skémta mönnum med áheyriligum frásögnum, leitadi ek þinna ráda þar skiót naudsýn krefr. Egill sagdi: Varla mun mér tiá þér ráð þau at ráda sem hrísi at fullu, þar þú ert kalladr vitrastr manna, en hlýda máttu á tal mitt. Hédan skamt á land upp í skógar riódri byr karl sa er Tóki heitir, hann er fóstri Sveins Ulfssonar, ok hefir þann hest at vardveita, er hesta er mestr ok beztr, hann kallast Háfeti. Þenna hest gaf Kolr jarl hinn heidni Svía konúngi, en hann gaf aptr Sveini frænda sínum til sigurs, mundi vel sæma med yckur frændúm, ef þú tækir hest gérsemi þessa hardafángi, ok sendir Magnúsi konúngi frænda þínum, mun þá nockut mýkiast hugarfar hans til þín, en ecki skaltu á hans hurdir hætta at finni, sva hann eigi alls kostar vid þik, er bezt at eiga allténd nockut undir siálfum sér.

Cap. VI.

Orationem ejus Rex Haraldus hisce verbis excepit: Nimis longus fuisti in vita tua exponenda; es sane vir incomparabilis et valde mihi places; verum nunc aliud requiritur, quam homines jucundis narrationibus delectare; consilium ego tuum quærebam de eo, quod præsens necessitas postulet. Subjecit Egillus: non ego is sum, qui consilia prorsus sufficientia me suppeditaturum credam tibi, qui vir sollertissimus habearis: ast orationi meæ tantisper ausculta: Non procul abhinc offertur ad terræ interiora penetrantibus area arboribus nudata. Vir ibi habitat nomine Tokius Svenonis Ulfidæ educator. Servat ille equum uti maximum ita optimum Haafete dictum, quem Kollus Comes ethnicus Regi Sveco, hic item Svenoni suo cognato donabat victoriæ pignus. Bene inter vos propinquos conveniet, si tu istud equi cimelion vi rapueris, Regique Magno, necessario tuo, dono miseris. Id animum ejus tibi propensiorem faciet; verum ne nunc illi te committe, dum plenam tui potestatem habet; præstat potius semper sui potentem esse.

Cap. VII.

Allir Haralds menn, at Finni Arnasyni undanteknum, giördu gódan róm at máli Eigils. Lét Haraldr konúngr þá búa hleypiskútu til lands, ok skipadi þriátygi mönnum af hird sinni. Egill af Vandilsskaga var oddviti þeirra. Þeir tóku land fiærri höfnum, ok géingu afstig einn er lá til skógar. Egill kunni rétta leid ok fann Tóka karl at máli, vard þar fátt af kvedium, því karl syniadi þverliga at láta hestinn Háfeta lausan, nema ordsendíng Sveins konúngs kiæmi til. Eigill lét þá út leida karl ok höggva, vard hann vel vid dauda sínum. Sídan höfdu menn Haralds hestinn Háfeta, ok allt annat fémætt þadan, fóru sídan til fund-

Cap. VII.

Omnes viri Haraldi, Finno Arnida excepto, orationi Egilli suffragabatur. Jussit ergo Haraldus levem instrui phaselum, triginta ex suo satellitio viros vehentem, et Egilli Vendilskagensis ductu ad terram appulsuram. Escensione procul a solitis portubus facta, per semitam ad sylvam ferentem, itineris compendium quærebant. Egillus viarum gnarus ad Tokium tetendit eumque convenit. Brevis erat mutua allocutio; nam Tokius equum Haafete tradere obstinate negavit, nisi a Rege Svenone id facere juberetur. Egillus ergo hominem educi jussit capiteque truncari, isque mortem suam æquo tulit animo. Dein viri Haraldi

fundar vid konúng finn ok færdu honum heftinn. Þackadi hann þeim fem verdft var. Haraldr konúngr mælti þá til Ásmundar Grankélsfonar: Kvediu mína fkaltu bera Magnúfi konúngi frænda mínum, ok fær hanom heft þenna fem ek fendi hanom at vingiöf, feig hanum líka þau ord mín at ek má ei at finni koma til fundar vid hann, medan hvern tíma er vís von ófridarins, þar Sveinn konúngsefni er á Skáni vid fetur fiölmennar, mun ek ei þá ferd undir höfut leggia fem konúngr beidift af mér, þegar betra færi géfft, ok eingi falskonúngr er meir í landinu, munda ek fva helft ákiófa at vid frændurnir mættim í gódu tómi rædaft vid, ok auka hver annars fóma; feig ok Magnúfi konúngi at medan hann er uppi vil ek med einlægni fýna hanum þá lotníngu, er hæfir ofs bádum, en ei mun ek lúta bændafonum þó þegit haf lends manns rétt, edr adrar nafnbætr í Noregi. Lauk konúngr fva rædu finni.

raldi equum et omnes alicujus pretii opes inde abftulerunt, ficque ad Regem fuum redeuntes equum illi tradiderunt, juftasque ab eo grates acceperunt. Dixit ergo Haraldus Asmundo Grankelidæ: Feres falutem meam Regi Magno meo cognato, adducesque ei hunc equum, quem amico dono ei mitto. Dic ei fimul meo nomine, quod hac vice eum convenire nequeam, quia quovis momento hoftiles turbæ minentur, dum Sveno regni affectator in Scania numerofum agmen coëgit. Itineri, ad quod Rex me invitat, haud me fubducam, ubi melior rerum conditio fuerit, nullusque regni æmulus terras obfidet. Mallem equidem, ut nos cognati otium haberemus ad mutuos conventus, quo mutuum honorem augeremus. Dic denique Regi Magno: quod, dum ille Regium tenet folium, lubenter ego ipfi obfequens tantum honoris tribuam, quantum noftrûm utrumque decet; verum colonorum filiis obnoxium me præbere nolo, licet illi feuda, vel alias dignitates in Norvegia obtinuerint. Sic Rex orationem finivit.

Cap. VIII.

Ásmundr var fluttr til lands, fór hann þegar á fund Magnúfar konúngs, ok færdi hanum heftinn Háfeta med kvediu Haralds konúngs; hann innti líka af vidrædum Haralds manna, einna meft Eigils af Vandilsfkaga, ok godgiörnum tillögum Finns Árnafonar. Magnús konúngr mælti: at vífu var mér fyrir laungu kunnigr dreingfkapur ok gódvili Finns Árnafonar, færi betr ef fleiri flíkir væri med Haraldi, er hanum einginn fkapbætir at flíkum mönnum fem Egill er; en lítid kann ek giöf þeirri er Haraldr fendi mér, því Sveins var en Haralds ecki, man ek fyrr þá tvo vini mér til lítils frama, er þat plagfidr víkínga at fara fram med ráni, ok taka gamalménni af lífi, en höfdíngia háttr er at vægia til hvervetna í landi því er þeir ætla fér, mun Haraldi ei au-

Cap. VIII.

Asmundus ad terram devectus mox ad Regem Magnum tetendit equumque Haafete adduxit, falutem fimul ferens Haraldi; mentionem quoque fecit eorum, quæ viri Haraldi fati fuerant, imprimis quæ fvaferat Egillus de Vendilfkaga, et quæ placide monuerat Finnus Arnæ filius. Subjecit Rex Magnus: Certe jam pridem mihi nota erat Finni Arnidæ generofitas et bona voluntas; melius ageretur, fi plures tales cum Haraldo esfent; verum ille parum proficit virorum confuetudine, qualis eft Egillus. Non mihi placet donum, quod Haraldus mittit, nam equus Svenonis erat, non Haraldi; novi ex prioris temporis experientia, non quidem cum meo commodo, duorum iftorum amicorum ingenium; verum turpis piratarum mos eft rapinis et hominum

audit verda at ſá yfirrád Danaveldis med kappi einu ok áleitni vid tigna menn, þykiſt ek vita at ek ok mínir menn munum rángliga málum dreifdir vid Harald, ſé ek nú þat rád er öllum oſs gegnir bezt, ok vel hæfir varri frændſemi: Ek mun rída heſtinum Háſeta, ok fara ſámennr á fund Haralds frænda, ok bæta hanum, ſé nockut afgiört af minni edr vina minna hendi til hans, mun þá eingi komaſt millum vor, er vid tölumſt tveir vid; er Haraldr frændi ſva vel at ſér, at aldri mun hann nídaſt á mér né þeim mér fylgia. Kýs ek med mér til fararinnar Einar þambarſkélfir ok Ásmund Grankélsſon. Einar mælti: tregr er ek herra! til at fylgia þér í þá för, því ek veit at Haraldr konúngr frændi þinn hefir heitan hug á mér, ſökum þeſs ek ann ei undirkonúngi at giöra ſik offtóran þiódkonúngi, en þó mun koma enn ſem optar at því ſem mælt er: at dýrt er drottins ordit.

Cap. IX.

Eptir þetta ſtigu þeir konúngr ok félagar hans á heſta ſína, ok ridu mikinn nidr at ſiáfarſtröndum. Leid þeirra lá gégnum einn lángan ſkóg ok vídan. Sem þeir ridu um mörkina, rann hiörtr þvert af vegi hiá heſti konúngs. I því gall vid bogaſtreingr furdu hátt í ſkóginum. Ör ſló í ſídu á heſti konúngs. Heſtrinn kéndi ſársaukans, ok ærdiſt, hlióp hann þá ſem fugl ſlýgi, ok var líkaſt ſem eldr brynni ur nösum hans. Konúngr feck ei vidrádit heſtinn, ok vildi hlaupa af baki, vard hanum þá fótr faſtr í ſtigreipi, mátti hann þá ei hiálpa ſér, ok dró heſtrinn konúng óþyr-

num ſeniorum cæde grasſari, ſed principes decet in terra, cui dominari olim cogitant, cuivis parcere; nec Haraldo dabitur regno Daniæ potirii hac via, ut homines nobiliores lædat et perſequatur. Animadvertere mihi videor, quod me meosque viros non nemo coram Haraldo maligne ſit calumniatus. At enim vero conſilium video, quod nobis omnibus optime conducat, quodque amicitiam noſtram maxime deceat: Vectus equo Haafete ego ſumtis paucis comitibus Haraldum cognatum meum adibo, eique compenſationem offeram, ſiquid ille a me meisve læſus fuerit. Quando nos duumviri convenerimus, nemo noſtros animos mutuo abalienabit; Haraldus vero tam honeſti eſt ingenii, ut neutiquam aliquod in me meosve comites ſcelus committere in animum inducat. Hujus itineris ſocios eligo Einarum Thambarſkelverum et Asmundum Grankelidem. Tum Einarus: non admodum, inquit, mihi volupe eſt hanc tecum expeditionem ſuſcipere; ſcio enim Haraldum Regem tuum cognatum me odisſe, quod non æquo animo tulerim regulum aliquem Regis ſuperioris ſpiritus ſumere; verum hic credo eveniet, quod plerumque fit juxta dictum illud: magni habetur domini voluntas.

Cap. IX.

Poſtea equos ſuos conſcenderunt, Rex et comites, atque ſecundum maris litora diu equitarunt. Ferebat iter per longam amplamque ſylvam. Dum illac pergebant, cervus forte equum Regium oblique prætercurrebat. Inter ea audiebatur in ſylva graviter ſonans in arcu nervus, unde emisſa ſagitta in equi latus involans eum adeo acriter vulneravit, ut oeſtro velut percusſus avis pernicitate curreret, utque ex ejus oculis ardor igneus emicaret. Rex equum regere impotens cum de dorſo ejus ſe dejicere vellet, ſtapedi ſuum pedem implicuit. Sic Regem, conſilii auxiliique inopem equus per

óþyrmiliga um mörkina. Var þat leingi dags at þeir félagar fóru í ſvig vid heſtinn, ok gátu ei nád hanum. Lokſins komſt Ásmundr Grankélsſon í veg fyrir heſtinn, ok ſkaut hann í brióſtit med ſnæris-ſpióti einu. Datt heſtrinn þá daudr í eina gryfiu diúpa ok lánga, vard konúngr þá undir. Þeir félagar komu brádt þángat, ok drógu heſtinn af konúngi. Var konúngr þá at bana kominn, ok mátti ei mæla, hafdi hann ſkeinſt allvída. Var nú úr vöndu at ráda. Þat tóku þeir félagar til bragds at flytia konúng aptr til herbúda. En er þeir komu þángat, þá lifdi þridiúngr nætr. Var konúngi leitat allrar vidhiúkrunar, hreſtiſt hann ſva at hann feck mál ſitt, beiddiſt hann þá preſts fundar í vidurviſt vina ſinna. Var þegar farit eptir Ösſuri hirdpreſti konúngs. At honum komnum ſöfnuduſt allir rádgiafar konúngs þángat.

per ſylvam miſere traxit. Provecta jam dies erat, cum Regis comites equum curſu prævertere ſtudebant, ſed fruſtra. Poſtremo Asmundus Grankelides ei in via ſe objecit, atque jaculum ſuum in ejus pectore ita fixit, ut in fosſam latam atque longam ſupra Regem mortuus caderet. Tum cito accedentes comites equum extrahebant. Rex tum exanimis et elingvis erat, altisſimaque acceperat vulnera. In ancipiti hoc rerum articulo comites e veſtigio id conſilii ceperunt, ut Regem ad ſua caſtra reducerent; huc cum perveniebant, tertia adhuc noctis pars ſupererat. Adhibitis omnibus, quorum copia erat, levaminibus, Rex eo usque ſibi redditus eſt, ut lingvæ uſum reciperet. Jusſit ergo ſacerdotem præſentibus ſuis amicis arcesſi. Vocatus ſtatim fuit Ösſurus Regis in aula verbi divini miniſter. Is cum venerat, coibant omnes conſiliarii Regii, ad quos Rex hanc orationem habuit:

Cap. X.

Þá mælti konúngr: nú er ſva komit ſem mik vardi, at ílla géfaſt rád íllra manna, ſé ek at þetta voru rád Egils af Vandilsſkaga, en ei Haralds frænda, at færa mér þann heſt er blótinn var eiganda til ſigurs. mátti ek ei ſiá vid þvílíkum fiandſkap af Egils hendi, er ek hefi ſetid hanum margar óhſur, mun mik þetta til dauda draga. Er þat nú vili minn, at Haraldr frændi ſé eptir mik til konúngs tekinn yfir endilángan Noreg, er hann nánaſtr frænda vorra, þeirra ſem í því landi eru arfbornir til ríkis, hefir hann ok burdi til at ſtýra landi ok lídum, ann ek hanum alls góds vel at nióta. En hvat Svein Úlfsſon ſnertir; þá vitid, at ek med ſamþycki hér innlendra höfdíngia var koſinn konúngr Danaveldis at Hörda-Knúti fráföllnum. giördiſt Sveinn þá minn madr, ok mátti ek ei ſæma hann minni nafnbót en jarls-nafni, í því landi er hann var réttr erfíngi til. Er nú ſva komit at gud

Cap. X.

Evenit jam, quod diu augurabar, ut mali quid attulerint malorum virorum conſilia: Intelligo, auctore Egillo Vendilſkagenſi, non item Haraldo meo cognato, adductum mihi esſe equum fatalem, cujus posſesſori victoria faſcinis adſerta ſit. Haud ſane tantum inimicitiæ ab Egillo Ego merueram, qui multas ejus atrocitates leniter tuli; hoc enim certam mihi mortem afferet. Volo jam, ut Haraldus mihi ſucceſſor in Norvegiæ, quam late patet, regno ſumatur; is enim ex iis, quibus naſcendi ſors iſtius imperii ſpem fecit, mihi proxime cognatus eſt; gaudet quoque iis dotibus, quæ ad terram populumque gubernandum requiruntur; quare optimis illum ominibus proſequor. Suenonem Ulfidam quod attinet, ſcitote, me poſt Hardacnuti mortem Daniæ regem a domeſticis ejus terræ optimatibus creatum fuisſe. Sueno tum meo ſatellitio ſe addixit; æquumque mihi videbatur,

gud mun hafa ætlat hanum ok hans afſpreingi yfirrád þesſa ríkis um aldir ok æfi, en ei mun Haraldi frændi tiá at ſporna vid forlögunum, ok leggia undir ſik arfleifd konúngborinna höfdíngia er ecki hafa giört til ſaka vid hann. Vil ek géra Sveini jarli þá ordſendíng, at ek géf hanum Danmörk alla eptir minn dág; þarmed bid ek hann virkta vinum ok teingdamönnum, því ecki mun Haraldr konúngr frændi minn vægia þeim er híngat til hafa verit hanum mótudrægir. Kved ek til þesſarar farar hálfbródur minn Þórir af Stigum í Gudbrandsdölum. Lauk Magnús konungr ſva rædu ſinni, féck hann alla preſtliga þiónuſtu, ok andadiſt ſkömmu ſidar. Þat er ſögn manna at einginn Noregs konúngr hafi verit ſva harmdaudi mönnum ſínum ſem Magnús konúngr hinn gódi.

Cap. XI.

Þegar lát Magnúſar konúngs fréttiſt á ſkipum nidri, géck Haraldr konúngr á land med fylktu lidi. Geingu þá allir menn Magnúſar konúngs undir merki Haralds konúngs, ok ſóru honum trúnadar eyda. Vildi Haraldr þá vitia Sveins ok heria á Svía, en fleſtir Nordmenn mæltu þeirri hans ofætlun í móti. Var Einar Þambarſkélfir enn ſem optar forſprackí bænda. Hlaut Haraldr konúngr þó ſárnaudugt værí at halda öllum hernum frá Danmörku heim til Noregs. Lík Magnúſar konúngs var flutt til Nidárósſ, ok jardat þar méd miklum ſóma.

batur, non minorem dignitatem ei tribuere quam Comitis, in ea quidem regione, cujus hæres erat legitimus. Nunc tempus venit, quo videtur Deus illi ejusque proſapiæ Regni Danici per longas ætates gubernationem deſtinasſe. Ne vero in animum inducat Haraldus fato reluctari, ſibique ſubjicere conari patrimonium principum ad regnum natorum, qui illum nulla prorſus injuria affecerunt. Suenonem Comitem misſo nuncio certiorem faciam, quod totam Daniam poſt mortem meam ei tradam. Simul eum rogabo, ut amicos, affinesque meos liberaliter tractare velit; nam vix exſpectandum fore, ut Haraldus illis parcat, qui ipſi vehementer adverſati fuere. Has partes exſequendas demando fratri meo germano Thorero de Stigis in Gudbrandsdalia. Sic orationi ſuæ finem Rex fecit; tum ſacrum viaticum a ſacerdote accepit, brevique poſt animam efflavit. Conſentiunt omnes, nullum fuisſe Norvegiæ Regem, cujus mortem viri ſui tantum, quantum Magni Boni, ex animo luxerint.

Cap. XI.

Ubi mors Magni Regis in clasſe relata eſt, Rex Haraldus cum inſtructa acie in terram exſcendit; tumque omnes viri, qui Magno antea operam ſuam addixerant, ad Haraldi vexilla tranſiverunt, eique fidem ſacramento promiſerunt. Volebat Haraldus mox Suenonem inveſtigare, Sveciamque populari; ſed plerique Norvegi ambitioſis hisce ejus conſiliis ſe oppoſuêre, colonorumque cauſam hic, ut ſæpius, dixit Einarus Thambarſkelver. Coactum ergo ſe ſenſit Haraldus, quantumvis invitus, omnes ſuas copias a Dania ad Norvegiam reducere. Funus Regis Magni Nidaroſiam devectum, ibique cum magna pompa humatum eſt.

Cap. XII.

Þann ſama dag ſem Haraldr konúngr leyſti úr höfnum Dana, var Sveinn ſonr Háreks úr Þióttu, Eigill af Vandilsſkaga ok þrír menn adrir ſtaddir í ſkógar riódri einu. Þá bar Ásmund Grankélsſon at. Vard þar fátt af kvedium, því Sveinn mintiſt á fornan fiandſkap, er Ásmundr hafdi vegit Hárek. fóru þeir fyrſt í ordahnyppíngar. ſídan báru þeir vopn á Ásmund. Lauk ſva þeim fundi at Ásmundr vard banamadr þeirra allra. Fór hann ſídan á fund Sveins konúngs, ok gaf hann Ásmundi allar þær eignir á Jótlandi er Egill af Vandilsſkaga hafdi átt.

Þórir af Stigum bar Sveini konúngi andláts ord Magnúſar konúngs, ok var med hanum vel haldinn medan Haraldr konúngr lifdi. Um daga Ólafs konúngs fór hann aptr til Noregs, ok var þar heingdr á hærſta gálga.

Cap. XII.

Eodem die, quo Rex Haraldus ex portu Danico vela dedit, Svenonem Hareki de Thiotteja filium, Egillum Vendilſkagenſem, et tres alios viros, in patula quadam ſylvæ area diſpoſitos, Asmundus Grankelides adgresſus eſt. A neutra parte ſalutationes adhibitæ; nam Sveno memor erat priscæ inimicitiæ, dum Asmundus Harekum occiderat. A conviciis inceptum, dein ad arma itum eſt. Asmundum cæteri invadebant; ſed certamen illum habuit exitum, ut ille eos omnes trucidaret. Dein ad Svenonem Regem profectus eſt, isque omnes in Jutia posſesſiones, quas Egillus Vendilſkagenſis habuerat, illi donavit.

Thorerus de Stigis Regi Svenoni nuncium adtulit de Regis Magni morte, et apud ipſum manſit, honorifice habitus, dum Haraldus vivebat. Sed cum Olao imperium adepto Norvegiam repeteret, prehenſus fuit et in altisſimo patibulo ſuſpenſus.

Rever-

Revertimur ad feſtum Academicum, cui hisce proluſimus, annunciandum. Panegyrin habebit, ut ſolet, Univerſitas Regia Havnienſis, pios ſuos gratosque in Regem et Domum Regiam ſenſus teſtificatura. Teſtificabuntur eosdem juvenes Academiæ cives, qui hoc quidem anno numero ſolito majore, elaborationes in ſpem præmii propoſiti Cenſoribus exhibuerunt, quorumque haud pauci vel numum aureum victores reportabunt, vel laude honorifica ornabuntur. Similem civium noſtrorum diligentiam in annum ſequentem nobis promittentes, ſingula ex ſingulis diſciplinis themata, in quibus ingenium ſtudiumque exercere posſint, heic proponimus, monentes, ut auctores intra Calendas Decembres anni 1820 ſuas commentationes Rectori Univerſitatis tradere velint. Sunt ea:

IN THEOLOGIA.

Oſtendatur, quomodo argumentum, pro divina religionis chriſtianæ origine, ex vaticiniis deductum, juxta præcepta ſanæ exegeſeos ſit proponendum.

IN JURISPRUDENTIA.

Quid leges patriæ cum antiquiores tum hodiernæ de jure teſtandi foeminarum ſtatuunt, et qua ratione quæſtiones circa hanc materiam inter Jurisconſultos agitatæ, perpenſis utrinque argumentis, ſolvendæ ſunt?

IN MEDICINA.

Num omnis in corpore humano vis motrix muſculis unice adſcribenda eſt? quibusque organismi legibus ſubjecti ſunt muſculi?

IN PHILOSOPHIA.

Notionum, quas cum vocabulo dialectices temporum decurſu diverſas conjunxerint philoſophi, varietate diligenter explicata, disquiratur: quid ſit dialectica, ſenſu noſtra ætate a philoſophis recepto; atque accurata detur ejus notionis enucleatio.

IN MATHESI.

Superficiem coni ſcaleni, cum ſuperficie coni recti ejusdem baſeos atque altitudinis comparare.

IN HISTORIA.

Exponatur, quæ regiones, trans mare balticum ſitæ, ſeculis 12mo et 13^{tio} a Danis ſub regibus Valdemaro I^{mo}, Canuto VI^{to} et Valdemaro II^{do} occupatæ fuerint; deſcribantur iſtorum tractuum limites, quales erant ineunte anno 1223; oſtendatur, quis qualisque esſet earundem provinciarum civilis atque eccleſiaſticus cum regno Daniæ nexus; inveſtigetur, quasnam mutationes illarum regionum ſtatui intulerit dominatio danica; indicetur denique, quænam ejusdem veſtigia, e. g. in monumentis, locorum nominibus &c. illic etiamnum ſuperſint.

IN PHILOLOGIA.

Explicetur, quomodo Lucianus in libello: πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν celeberrimis antiquis hiſtoricis uſus ſit, oſtendaturque iſtius opuſculi conſilium atque pretium.

IN ÆSTHETICIS.

Hvorvidt er den tragiſke Digter, der vælger et hiſtoriſk Emne, forpligtet til i dets Behandling at holde ſig til den hiſtoriſke Sandhed.

IN HISTORIA NATURALI.

Explicare, quid per recentisſimam formationem trapezoideam intelligatur, quæ ſaxa huic propria, et quæ cum aliis formationibus communia ſint, quæ fosſilia oryctognoſtica in eadem reperiantur, quæ ex his ſaxis et fosſilibus uſum in vita communi habeant; denique quibus vehementibus commutationibus eadem formatio interdum obnoxia ſit.

Lætos ergo natales REGIS NOSTRI AUGUSTISSIMI **FREDERICI SEXTI**, fauſtisſimis ominibus celebratura UNIVERSITAS REGIA HAVNIENSIS conventum Academicum indicit, Auctore COLLEGIO REGIO, *Rei Academicæ et Scholaſticæ moderatore*, d. III. Febr. in Auditorio Domus Regiæ hora XII. habendum. Rector Univerſitatis JOHANNES DANIEL HERHOLDT, *Medicinæ Doctor et Profesſor Publ. Ordinarius*, *atque Ordinis Danebrogici Eques*, cathedram conſcendet, votorum, quibus Muſæ Regem Optimum proſequuntur, candidus interpres. Partem orationis non ultimam faciet benignitatis Regiæ commemorationem, qua propoſitis præmiis honorificis juvenes Academiæ cives ad diligentiam ſollertiamque quotannis excitentur. Certaminis literarii anno priore inſtituti eventum exponet, victorumque nomina pronunciabit. Piis precibus et congratulationibus actus finietur.

Adeſte precamur, qui ſolidas bonasque literas æſtimatis, amatis, colitis; et, quo auguſtior eſt feſti occaſio, eo majori eam frequentia concelebrate.

Dabamus Havniæ d. XXVI Januarii Anno MDCCCXX.

SUB UNIVERSITATIS SIGILLO.



